





DISPUTATIO INAUGURALIS

DE

PROCESSU
INQUISITORIO,

Quam

Divino Favente Numine

Magnifico & Amplissimo Jctorum, in in-
clytà Salanà, Ordine permittente,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi ac Excellentissimi,

Dn. ZACHARIAE Prueschencen/

Jcti Eximii, Consilarii Saxonici gravissimi, Pan-
dectarum Professoris meritissimi, Curia item Pro-
vincialis & Scabinatus Assessoris dignissimi, Præpto-
ris ac Patroni sui omni observantiæ genere
ætatem venerandi,

Pro summis DOCTVRÆ Honoribus, Insignibus &
Privilegiis in utroq; jure ritè solemniterq;
impetrandis,

Publicæ Eruditorum velitationi committet

DANIEL PÖHLER Cygneus,

Ad diem 24. Julii.

Terent. in Prolog. Eynuch.

Nullum est jam dictum, quod non dictum sit prius.

JENÆ,

LITERIS LOBENSTEINIANIS,

ANNO M. DC. XXXIX.



DISPUTATIO IN PUBLICIS
PROLOGUS

INQUISTIO

Divinorum

Scripturarum

Interpretatione

et

Methodo

Tractatus

de

Interpretatione

Scripturarum

et

Methodo

Tractatus

de

Interpretatione

Scripturarum

et

Methodo

to
un
ro
ob

bu
di
co
po
tr
de
du
&
Ch
tia
vi
Un
cel
pra





PROOEMIUM.

Duplici modo in criminalibus proceditur, per viam scilicet accusationis ordinariæ, & per inquisitionem (a.) Nobis, omisâ accusatione ordinariâ, Processum Inquisitorium percurrere placuit (b.) qui de jure civili (c.) ut & Canonico (d.) permissus est, atq; licitus, in foro autem Saxonico usu frequentissimus (e.) nec nō ob utilitatem publicam utilissimus (f.)

(a.) Dd. de modo procedendi in criminalibus intricatè loquuntur, ut vix possit ex omnium dictis haberi vera sententia, quæ vel ad regulas juris communis, vel ad communem practicam rectè possit accommodari. Nam aliqui dicunt, quòd tribus modis procedatur, scilicet per accusationem, denunciationem, & inquisitionem; aliqui addunt, quòd etiam per exceptionem, & per notorium & per deprehensionem in flagranti crimine. *Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. q. 3. n. 1.* Verùm experientia docet, in nostro foro duplici modo procedi: per viam nempe accusationis; & per inquisitionem. Unde & duplex in criminalibus causis datur Processus, Ordinarius & Inquisitorius. *Dn. Carpzov. in pract. crimin. p. 3. q. 103. n. 16. & 17*

(b.) Quamvis *Dn. Carpzov. in practie crimin.*

Et alii, de Processu Inquisitorio ita prolixè scripserint, ut qui in ejus explicatione operam amplius velit consumere, actum agere, & Diogenis dolium voluere videatur: Nobis tamē nihilominus ob materiæ utilitatem atq; frequentiam nonnulla eaq; potissima ex iisdem decerpere, decerptaq; insuper sub disquisitionis incudem revocare placuit.

(c.) *l. Praeses. 3. Et l. congruit. 13. ff. de officio Praesid. l. 1. C. de custod. reor. Novell. 128. c. jubemus autem.* Quò & pertinet *l. ea quidem. 7. C. de accusation.* ex qua probatur Magistratibus licere apparitores & officiales habere, qui maleficia inquirent, & denuncient, ac subinde in eos animadvertant, quos deliquisse compererint, etiam sine solennibus accusationum. Hiq; Nunciatores appellabantur. *l. ab accusatione. 6. §. nunciatores. ff. ad Sctum Turpill. nec non Irenarchæ. l. divus. 6. ff. de custod. reor. Andr. Fachin. lib. 1. controvers. c. 34. Matth. Wesemb. in par. ff. de accusation. n. 3.* Approbatur quoq; Processus per inquisitionem *in Const. crim. Carol. V. Imper. art. 214. in verb.* Und wo der Beschädigte nicht peinlich klagen wolte/so soll dennoch die Obrigkeit den Thäter nichts destoweniger von Ambts wegen rechtfertigen/ vnd nach gelegenheit der Person vnd vberführung straffen lassen etc.

(d.) *cap. qualiter Et quando. ac passim tot. tit. de accusation. Et inquisit. Panorm. ibidem. Fachin. lib. 1. controu. c. 34. vers. Et quidem.*

(e.) Nihil est frequentius, quàm contra delinquentes procedere per viam inquisitionis; idq; testatur *Dn. Carpzov. in pract. crim. p. 3. q. 103. n. 49.* dicens:

cens: Inquisitorium Processum hisce in terris usitatissimum esse; quod nemo, nisi processus Saxonicus ignarus negare vel ignorare poterit.

(f.) Reipublicæ expedit, ut delicta detegantur & puniantur. *l. ita vulneratus. 51. §. 1. vers. quod si quis. ff. ad L. Aquil. l. congruit. 13. in pr. ff. de offic. Præsid. l. in delictis. 4. §. cum dominus. 2. ff. de noxal. action. l. stichum. 95. §. quod si. 1. vers. sanè quoniam. ff. de solution. l. si à reo. 70. §. ult. ff. de fidejuss.* Nam delicti impunitas sæpè alios ad peccandum invitatur; supplicii verò conspectus, quando Rei facinoris publicè puniuntur, alios plerumq; deterret, atq; hinc salus populi integra retinetur. *l. bona fides. 31. in fin. ff. de poenis.* Quod sanè non meliori, nec citiori modo, nisi per inquisitionis Processum fieri potest. *Nicol. Reusn. lib. 1. decis. 24. n. 21.* ubi refert Nobiliss. Scabios Jenenses in hunc modum respondisse: *Das der Inquisitional Proceß, dadurch der sachen am besten vnd schleunigsten abzuhelffen/zurecht beständig / vnd zuläßig / darauff auch angeklagter / alles seines vorwendens ungeacht / sich einzulassen / vnd zu antworten schuldig.*

THESIS I.

VT autem certâ progrediamur methodo, (a) definitionem seu descriptionem Inquisitionis videamus. (b.) Est verò hæc, ipsa (c) informatio (d) delicti (e) à iudice (f) modo legitimo (g) facta.

(a.) Deficiente n. methodo, abundat confusio. *Noz ell. 1. c. 1. §. si quis. vers. inordinatum. ubi gloss.* Unde *Blinquit;* quod ordo sit modus agendi, sine quo nihil rectè

A 3

agitur.

agitur. *arg. l. inter cetera. ff. de liber. & posthum. l. cum hi. §. si prator. 17. ff. de transaction. l. prolarum. 4. C. de sentent. & interlocut. omn. judic.*

(b.) *Cicero lib. 1. officior. admonet, in primis in qualibet disputatione ad definitionem esse respiciendum, ut res intelligatur, de quâ est disputatio. Id enim, si non sit, res facile in λογισμαχίαν mutari potest, quæ nullius momenti est, & causam potius involvit, quàm ut utilitatem evolvet.*

(c.) *Et si varias definitiones & descriptiones inquisitionis tradant Dd. ut videre est apud Bart. in l. 2. §. §. publico. ff. ad L. Jul. de adulter. Bald. in L. ea quidem. n. 42. C. de accusation. Angel. Aret. de malefic. in verb. Hæc est quedam inquisitio. col. 3. §. pro expeditione istius materia. n. 3. & seq. Prosp. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 1. q. 1. n. 3. Gigant. de crim. les. Majest. lib. 1. tit. qual. proced. in crim. les. Majest. q. 8. In rei tamen veritate, Inquisitio meliùs describi haur poterit, quàm per informationem à iudice modo legitimo factâ. Carpz. in pract. crim. p. 3. q. 107. num. 5.*

(d.) *Quod genus quidem valdè æquivocum esse videtur; sed hæc æquivocatio ex verbis loco differentia appositis facilè tollitur.*

(e.) *De quibus delictis inquisitio sit formanda, paulò post dicetur.*

(f.) *Judice competente puta, de quo infra tb. 4.*

(g.) *De modo legitimo agam sub tb. 5.*

II.

Porro duplex est Inquisitio, (a) Una generalis quâ iudex inquirit, an reverà delictum sit perpetratum (b) & quisnam delictum commiserit: (c) Altera specialis, quâ in modum delicti & certam personam in generali inquisitione suspicionibus & præsumptionibus gravatam (d) iudex inquirit.

(a.) *Varias inquisitionis divisiones Dd. cumulare solent, sed in praxi & in primis in foro Saxonico usu recepta ac comprobata est hæc divisio; inquisitionem sc. esse*

esse vel generalem, vel specialem. *Magnif. Nobiliss. atq; Con-*
sultiss. Dn. Petr. Theodor. ꝛc. celeberr. Facult. Jurid. Ordin.
Præceptor. ac Promot. meus omnibus nominibus honorandus in
Colleg. crim. disp. 4. §. 8. Prosp. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 1.
q. 1. n. 4. Johann. Emer. à Roßbach in process. crim. tit. 1. c. 12.
n. 9. Nicol. Reusn. lib. 1. decis. 24. n. 26.

(b) De quo constare debet ante omnia. *l. 1. §. 24.*
ff. ad Senatuscons. Syllan. l. inde Neratius. 23. §. ult. ff. ad L. Aquil.
Dam. houd. in pract. crim. cap. 8. n. 11. Prosper. Farin. d. q. n.
6. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. q. 4. in pr. §. q. 5. Nicol. Reusner.
d. decis. 24. n. 12. Quò etiam respicere videntur verba
Constit. crim. Carol. V. Imper. artic. 6. in verb. Dazu soll
auch ein jeder Richter in diesen grossen Sachen vor der
peinlichen Frage/so viel möglich/ vnd nach gestalt vnd ge-
legenheit einer jeden Sachen / beschehen kan / sich erkundi-
gen / vnd vleissig nachfrage haben / ob die Missethat / da-
rumb er angenommen/berüchriget/vnd verdacht / auch be-
schehen sey/oder nicht. Et verba ex Ordin. Provinc. Elect.
Saxon. de Ao. 1612. tit. von Justitien Sachen. n. 5. ibi. Dicht
alsobalden mit der inquisition verfahren / zuförderst aber je-
desmahl vleissige erkundigung de corpore delicti eingezo-
gen/vñ wñ darauff redliche anzeigung vñ vermuthungẽ
wieder dẽ beschuldigten verhadenn etc. Sed quæritur, Quo-
modo constare debeat de delicto ad effectum inquiren-
di? Etsi ad effectum prædictum in genere ex indiciis ac
præsumptionibus de corpore delicti constare sufficiat.
Nicol. Reus. lib. 1. decis. 24. n. 12. §. 41. Matth. Steph. in art. 6.
n. 2. Ordin. Crim. Georg. Rem. ibidem tit. 8. attamen laude
digna est opera & labor judicis, si ipse corpus delicti,
quatenus copia illius haberi potest, diligenter peruestiget.
Dn. Carpzov. in pract. crim. p. 3. q. 108. n. 10. §. seq.

(c) Judicem testes, quos putat negotii illius haut
in scios esse, in genere rogare debere, an sciant, quis deli-
ctum commiserit, neminem nominando, tradit *Jul.*
Clar. sentent. §. fin. q. 5. n. 5. Adde Menoch. de præsumpt.
lib. 1. q. 88. n. 7. §. 8. Quâ occasione quæritur, An judex
absq;

absq; omni conjecturâ & præsumptione ad inquisitionem generalem procedere possit? Affirmativa vel idem possit videri verior, quòd iudex mero ex officio ad inquisitionem criminum & delictorum procedere teneatur, adeò ut ipse negligens officium suum crimine non levi sese obstringat. *Specul. in tit. de inquisitione. Petr. Heig. p. 1. q. 31. n. 24.* Quin & jubetur Magistratus publicus inquisitioni & coercitioni delictorum diligenter invigilare, adeò ut non excusetur, si dicat se ignorasse, cum inquirere teneatur. *Exod. 2. vers. 1. 2. Proverb. 20. vers. 8. 12. & 24.* Verum negativa nobis magis arridet sententia, quam etiam tenet *Carpz. in Crim. pract. part 3. q. 108. n. 62.*

(d.) Alioquin hæc inquisitio est nulla. *cap. qualiter & quando. X. de accusation. l. justissimos. C. de offic. Rect. Provin. Hippol. de Marsil. in pract. Crim. §. constant. n. 33. Nicol. Reusn. lib. 1. decis. 24. n. 15. Prosp. Farin. in pract. crim. lib. 1. tit. 1. q. 1. n. 40. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. q. 2 in tantum* ut hujusmodi inquisitionis nullitas ex defectu iudiciorum promanans, omnia post facta pariter inficiat, nullaq; reddat. *Hippol. de Marsil. in §. secunda questio. n. 87.* Sed quaeritur, Quænam iudicia ad inquisitionem specialem legitima sint & sufficientia? Dicimus cum *Dn. Carpzov. in pract. crim. p. 3. q. 108. n. 49. & 60.* in arbitrio iudicis esse pro ratione circumstantiarum, criminis qualitate, & personarum delinquentium sorte & conditione aestimare, quænam iudicia ad specialem inquisitionem sint sufficientia, nec ne.

III.

Cognitâ inquisitionis divisione, nunc ad ejus naturam & constitutionem propiùs accedim: Ubi sciendum est, inquisitionem generalem à quocunq; iudice etiam incompetente; (a) Specialem verò à competente tantum (b) formari posse.

(a.) Non quidem eo fine, ut delictum ab ipso puniatur, sed ut inventum, si enorme sit, iudici competenti denunciatur. *Dn. Carpzov. in pract. crim. p. 3. q. 107. n. 15.*

(b.) Nam

(b.) Nam inquisitio alias erit nulla. *l. 1. & t. tit. C. ubi de crim. ag. oport. cap. si diligenti, de foro Competent. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. q. 3. n. 2. 3. & q. 12. n. 4. Damhoud in prax. rer. crim. cap. 8. n. 4. Nicol. Reusn. lib. 1. decis. 24. n. 18.*

IV.

Judex competens in delictis dicitur, ratione imperii, (a) quod in animadversione in facinorosos consistit; & ratione fori, (b) quod reus in delictis sortitur.

(a.) Non enim quilibet iudex causæ criminalis cognitionem habet, & reum delinquentem punire potest, sed solum modò is, cui merum competit imperium. *l. 3. ff. de Jurisdic. l. 6. de offic. Procons. l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est jurisdic. l. 1. C. qui non poss. ad libertat. perven. Magnif. Dn. Ordinar. D. Petr. Theodor. in Colleg. crim. disp. 4. §. 3. lit. a.* Quà de re quidem Interpretes juris civilis plurima congesserunt, & inter merum & mixtum imperium, jurisdictionem item simplicem & criminalem acutè distinxerunt; sed hæc species ferè in desuetudinem hodiè abierunt, ut videre est apud *Dn. Carpzov. in pract. crim. p. 3. q. 109. Christoph. Besold. in præfat. tract. jurisdic. Imper. Roman. Id itaq; in præsentiarum intueamur, quod usu hac in parte servatur moderno. Ac quidem hodiernis Germaniæ moribus omnis jurisdictio duplex est, Criminalis & Civilis: Utraq; autem pro cujusq; loci consuetudine & constitutionibus variè exercetur, variasq; species ac divisiones recipit, de quibus latè agit, *Paul. Matth. Wehner. in pract. observ. vocab. sent.* In terris Saxonis duæ non minùs habentur species jurisdictionis: Una superior, als *Hals oder Obergericht*; altera inferior seu bassa, *Erb oder Niedergerecht.* *Land R. lib. 1. art. 78. gl. latin. lib. 2. art. 16. §. Ihr solt wissen. n. 16. Prædict. Magnif. Dn. Ordinar. Petr. Theodor. in Colleg. crim. disp. 10. §. 5. lit. a. Zobel. p. 1. differ. 1. T. b. Pauer. meist. lib. 1. de Jurisdic. c. 16. n. 8. Coler. de process. execut. p. 2. c. 1. n. 124. & seq. p. 4. c. 1. n. 67. Dan. Moller. lib. 4. sem. 45. n. 1. Berlich, conclus. 1. p. 1. n. 9. Ubi quæritur, A quonam Ma-**

B

gistra-



gistratu formari queat inquisitio specialis? Quin regulariter formari ea possit à iudice, qui altam jurisdictionem tenet, dubium non est; fallit tamen id in casu notorii criminis levioris; quia & iudex inferior det Erbrichter tū inquirere istudq; deinceps ex officio punire potest. *Dn. Carpzov. d. q. 109. n. 19.*

(b.) Quemadmodum enim olim Præsides, & Proconsules non indistinctè de quovis crimine, quocunq; in loco perpetrato, cognoscere poterant, sed quilibet Magistratus ad limites jurisdictionis suæ adstrictus erat. *l. 3. ff. de offic. Præs. l. 1. in pr. ff. de offic. Procons. l. ult. ff. de Jurisd. ita nec hodiè indifferenter quivis Magistratus in causis criminalibus iudex competens est, sed in eo solummodo iudicio inquisitio institui debet, ubi reus forum sortitur; Siquidem coram iudice ratione fori incompetente, causam vel litem criminalem movere, nil aliud est, quam litigare coram homine privato, qui jus dicendi potestatem non habet. *d. l. 1. ff. de offic. Procons. l. ult. ff. de offic. Præs. l. 1. ubi Zanger. in tract. de Except. p. 2. c. 1. n. 2.* Quare nullitatis exceptio ex defectu jurisdictionis proveniens impedit executionem sententiæ. *Magnif. Dn. Ordin. D. Petr. Theodor. in Colleg. crim. disp. 10. §. 5. lit. d. & Dd. alleg. ibidem.**

V.

Ratione autem fori, Iudex dicitur competens quatuor modis, (a) nempe ratione 1. Domicilii, (b) 2. loci, in quo reus vel deliquit, (c) vel deprehensus, (d) 3. personæ puniendæ (e) & 4. causæ (f.)

(a) Mirè Dd. inter se dissentiunt, quibus modis reus forum sortiat? Unus enumerat plures, alter pauciores, quatuor constituit *Magnif. Dn. Ordin. Petr. Theodor. in Colleg. crim. disp. 10. §. 5. lit. d.* cui assentimur; nam ceteri modi à quibusdam appositi, potius exceptionem, quam regulam constituere videntur.

(b.) *l. 2. C. de Jurisd. & ibi Sicbard. l. relocatorum. 7. §. interdicere autem, 10. ff. de interd. & relegat. cap. licet. 20. de*

de for. competent. Magnif. Dn. Ordinar. Petr. Theodor. in Colleg. crim. d. diff. 10. §. 5. lit. d. Johann. Zanger. in tract. de exception. p. 2. cap. 1. n. 246. Andr. Rauchb. p. 1. q. 50. n. 11. Domicilium verò est vel habitationis. l. 19. §. 1. de judic. l. 2. C. de jurisdic. quod etiam hic intelligitur, teste Prædict. Magnif. Dn. Ordinar. Petr. Theodor. d. diff. 10. §. 5. lit. d. vel originis seu naturale, quod ex generali Germaniæ consuetudine non amplius obtinet. Tob. Pauermeister. lib. 2. de jurisdic. c. 8. n. 38. nec attenditur, nisi reus ibi deprehendatur. Dd. in l. incola. ad municip. §. l. heres absens. ff. 19. ff. de judic. quale olim erat civitas Romana, propter sedem Imperatoriam. l. 2. §. 4. §. seq. l. 24. de judic. nunc verò est Curia & aula Imperialis. Hillig. Donell. enucle. 17. com. 13. a. postquam Urbs Roma sedes Pontificis facta est. Stephan. de jurisdic. lib. 1. c. 28. n. 19. §. 20.

(c.) l. 3. ff. de offic. Præsid. l. si cui crimen. 7. §. pen. §. l. fin. ff. de accusat. l. solent. 7. ff. de custod. reor. l. 1. §. auth. quâ in provincia. C. ubi de crim. agi oport. Novell. 69. c. 1. Johann. Zanger. p. 2. de exception. c. 1. n. 221. Andr. Rauchb. p. 1. q. 50. n. 9. §. 10. De quo etiam est text. in jure Saxon. lib. 3. Land R. art. 25. Et sicuti in civilibus forum domicilii, ita & in criminalibus delicti forum omnia alia fora superare, scribit Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 4. c. 18. n. 9. Unde etiam remissiones delinquentium aded necessariò fieri debent, ut iudice delicti petente, domicilii iudex, etiamsi seipsum ad jus reddendum paratum dixerit, remissionem declinare nequeat. l. 3. ff. de re militar. l. 28. §. 15. ff. de pœnis. l. 7. §. 4. l. fin. ff. de accusation. Novell. 134. c. 4. §. 5. cap. 1. X. de raptor. cap. fin. X. de for. competent. Magnif. Dn. Ordinar. Petr. Theodor. in Colleg. crim. diff. 4. §. 3. lit. c. Andr. Rauchb. d. q. 50. n. 19. Quamvis hodie ubivis ferè locorum & vel maximè in Romano Germanico Imperio hæ remissiones ab usu penitus recesserint. Wesenb. in par. ff. de accusat. n. 8. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 17. n. 30. Andr. Rauchb. p. 1. d. q. 50. n. 25. Idemq; in foro Saxonico practicari, affirmat Dn. Carpzov. in pract. crim. p. 3. q. 110. n. 54.

Et seq. Nisi fortè judex ultrò & spontè suâ seu ex urbanità-
te alteri judici remissionem petenti gratificari velit. Nec
obstat *Ordin. Provinc. Elector. Saxon. de Anno 1555.* sub tit.
Das man die Vbelhäter / so in den Aemtern verbrechen /
wiederumb in die Aemter folgen lassen soll. Nam prædi-
cta Ordinatio de Præfecturis solummodò loquitur, in-
quibus vices Principum tenent Quæstores sive Præfecti in
verb. So in vnsern Aemtern oder Gerichten verbrechen. &c.
Quare ad nobiles aliosvè judices hæc sanctio extendendo
non est, in quorum territoriis crimine alioquo commisso,
alius nobilis aut judex delinquentem in suo territorio de-
prehensum ad locum delicti nequaquam remittere ob-
strictus est. attest. *Dn. Carpzov. in pract. crim. p. 3. d. q. 110. n. 62.*
Et 66. Rauchb. p. 1. d. q. 50. n. 26.

(d.) *l. 3. ff. de offic. Præs. l. 3. in pr. ff. de re militar. l. 1. Et 2. C. ubi de crim. agi. oport. l. 1. C. ubi quis de curial.* Idq;
maximè procedit, si delinquentes sint vagabundi, qui ali-
às ubiq; locorum, de delicto ubicunq; commisso puni-
ri possunt. *glos. in d. l. 1. C. ubi de crimin. Wesenb. in par. ff. de
Judic. n. 16 Magnif. Dn. Ordinar. Petr. Theodor. in Colleg. crim.
disp. 4. b. 3. in fin. Zanger de exception. p. 2. c. 1. n. 249.* In-
dubium hic vocari potest, utrum judex loci, in quo de-
linquens reperitur, ad inquisitionem & coercionem
ejus sit obstrictus? Et si delicti forum in criminalibus
omnia alia fora superet, atq; judex illius loci, in quo de-
lictum est perpetratum, inquirere teneatur: ad eò, ut si pu-
nitionem criminis ipse negligat, nec delinquentem alibi
reperitum & deprehensum sibi remitti petat, propter
peccatum omissionis sive negligentia suâ jurisdictione
privari possit. *Stephan. de jurisdic. lib. 1. c. 39. n. 19. Geil. 1.
obs. 28. n. 7. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 73. vers. Item ju-
dex propter negligentiam &c.* Attamen judex nihilominus
loci, ubi reus reperitur, adversus delinquentem inquirere
eundemq; punire tenetur. *Dn. Carpzov. in pract. crim. p.
3. q. 110. n. 72. 73. Et seq.* Siquidem etiam reus forum for-
titur, ubi reperitur. *d. l. 1. 2. C. ubi de crim. agi oport. l. 1. C. u-
bi*

bi de Curial. & multum interest Reipubl. ne delicta remaneant impunita. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. locatio. 9. §. quod illicitè 5. ff. de publ. & vectigal. l. in delictis. 4. 5. 2. ff. de noxal. action. l. si a reo. 70. §. ult. ff. de fidejuss. l. Stichum. 95. §. quod si. vers. sane. ff. de solution. Atq; hoc ipsum convenit præceptis divinarum scripturarum, quibus jubetur Magistratus publicus, non connivere delictis, sed eorum punitioni diligenter invigilare, adeo ut non excusetur, si dicat, se ignorasse, cum inquirere teneatur. Quod si verò ab isto iudice delinquens persona fuerit punita, amplius ea puniri non potest, neq; à iudice delicti commissi, neq; ab alio iudice competente; æquitas namq; non patitur, ut ob unum idemq; delictum, duplici quis afficiatur poena. cap. ut debitum. X. de appellation. Cap. proposuisti. X. de for. compet. cap. si quis. de Election. in 6. Prosp. Farin. in prax. crim. lib. 1. t. 1. q. 7. n. 52. Quod ita accipiendum; modo reus poenam solverit aut de solvendo cautionem præstiterit. Cæteroquin sola condemnatio non efficiet, quò minus in alio foro reus prehendi, & puniri queat. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 4. c. 16. n. 7. Fraudulenta enim & à reo procurata seu affectata præventio non excludit cognitionem alterius iudicis, ut docet Farin. d. q. 7. n. 64. ubi & plures tradit hujus rei limitationes.

(e.) Qualis persona miles, qui ratione delicti, quod militiam concernit, apud Magistratum militum, conveniendus est. tot. tit. C. de offic. magistr. milit. l. 6. C. de jurisdiction. l. 17. C. de judic. Secus est, si enorme sit commissum, nec militiam concernat: Tunc enim non obstante privilegio contra delinquentem iudex tam delicti commissi, quam loci, ubi reus repertus fuit, inquirere, eumq; punire potest. l. ult. ff. de accusation. l. 1. C. ubi Senator. vel clariss. l. 2. ff. de re militar. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 4. t. 17. n. 5. Magnif. Dn. Ordinar. D. Petr. Theodor. in Colleg. crim. disp. 4. t. 3. tit. 6. Sic etiam Clerici jure Canonico non nisi coram suo Episcopo (à quo pro modo & diversitate delicti, alià atq; alià poenam veniunt plectendi) conveni-

niri debent. *cap. at si clerici. 4. de judic. cap. 1. cap. si diligenti. 12. cap. postulasti. 14. de for. competent. Zanger. de exception. p. 2. cap. 1. n. 226.* Non etiam coram laico; quamvis in eius territorio deliquerint. *cap. si competenti. X. de for. competent. Id quod secus est de jure Justinian. l. 25. l. 33. l. 37. C. de Episcop. & cleric. Novell. 83. pertot. & Novell. 123. c. 21.* Cæterum quid hodie in foro Principum protestantium, Confessioniq; Augustanz addictorum obrineat, *prædictum tradit Magnif. Dn. Ordin. D. Petr. Theodor. disp. 10. §. 5. lit. d. Adde Dn. Carpz. in pr. crim. p. 3. q. 110. n. 82.*

(f) Delicta aut sunt merè Ecclesiastica, quorum cognitiones sibi tantum vindicat magistratus Ecclesiasticus, etiam si sint commissa per laicos; cuiusmodi est hæresis. *c. ad abolendam. c. excommunicamus. X. de hæretic. c. ut inquisitionis § prohibemus. de hæretic. in 6.* quò etiam tanquam species ejusdem refertur apostasia. *Decian. lib. 6. c. 70. n. 3.* De iis namq; sive principaliter sive jucidenter agatur, solus Ecclesiasticus magistratus indicat. *c. tuam. de ordin. cognit. c. lator. qui fil. sint legit. Jul. Clar. sentent. lib. 5. §. 1. n. 17. Farin. in prax. crim. q. 8. n. 126. & seq.* aut merè secularia, quorum cognitio, si à laicis perpetrata, ad solos laicos; sin verò à Clericis ad solos Clericos spectat; veluti homicidium, furtum, rapina, parricidium et. *Jul. Clar. & Farinae. d. loc. aut communia seu mixta, de quibus, si à Laicis perpetrantur, uterq; judex tam Ecclesiasticus, quam Laicus cognoscere potest: qualia sunt adulterium, incestus, Sodomia, concubinatus, & similia. Vide omninè Magnif. Dn. Ordinar. D. Petr. Theodor. disp. 1. §. 19.*

VI.

EXpositis modis, quibus Reus forum sortitur, sequitur, ut dicamus, in quibus delictis specialis inquisitio locum habeat? Permissa meam regulariter esse in omnibus delictis statuimus. (a)

(a.) Controvertunt hic inter sese *Dd.* in quibus delictis inquisitio locum habeat? Aliqui hoc remedium extendunt ad omnia delicta, eo, quod remedium hocce hodie

hodie sit Ordinarium. c. inquisitionis. c. qualiter & quando.
X. de accusation. Salic. in l. ea quidem. C. de accusation. Heig.
p. 1. q. 39. n. 5. 6. & seq. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. q. 3. vers.
sed certè. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 1. q. 7. 10. quibus cal-
culum nostrum facilè adicimus. Aliqui ad certos casus
inquisitionem restrictam esse volunt, quorum nonnullos
refert Marant. in specul. t. de inquisition. n. 150. & seq. Et hæc
posterior opinio magis in foro Saxonico maximè Electo-
rali obtinet. Processus quippe inquisitorius, non nisi in
delictis manifestis, majoribus & scandalosis, imprimis in
causâ turbationis, violatæ pacis, excitati tumultus, eorum-
què delictorum, per quæ Reipubl. tranquillitas offendi-
tur, locum habet. *Ordin. Polit. Elect. de Anno 1612. sub. tit.*
Von Justitien Sachen etc. Und weil beydes die Rechte /
so wohl jeso erwehnte verordnung hierinnen gleichfals klar /
auch von den Rechtslehrern dieses remedium ex communi
consuetudine nunmehr pro ordinario, so in allen delictis
statt habe / gehalten wird / vnd hierüber in vnserer Regierung
der vnterschied gebrauchet / das allein in delictis manifestis,
majoribus & scandalosis, vnd vornehmlich in causa turba-
tionis, violatæ pacis, excitati tumultus, vnd andern derglei-
chen Straffwürdigen vnd frevelhafftigen Fällen / dadurch
Reipubl. tranquillitas offendiret, bemeldter Process ange-
ordnet / vnd darauff rechtliches Erkännuß erholer etc. junct.
vert. Als lassen wir es auch bey solchen verordnungen vnd
vnterschied bewenden / vnd wollen / daß denselben also nach-
gegangen werden soll etc.

VII.

Dictum in thesi præcedenti, quibus in delictis
inquisitio locum habeat; consequens nunc est,
ut videamus, contra quas personas ea sit formanda.
Formari verò potest, contra illas ipsas quæ accusari
queunt.

(a.) Dictum supra in procem. processum esse vel
ordinarium, vel inquisitorium; Ille fit per accusationem.
*Dambouder. in prax. rer. crim. c. 5. Wesenb. in par. ff. de accusa-
tion.*

tion. n. 2. Farin. in prax. crim. lib. 2. t. 2. q. 12. Hic deficiente accusatore à magistratu formatur ex officio, ne delicta maneant impunita. Wesenb. in par. d. tit. de accusat. n. 3. Dn. Carpz. in pract. crim. p. 3. q. 103. n. 18. Et ibidem alleg. Dd. Itaq; etiam inquisitio non minus tendit ad puniendos Reos, & ubi est eadem ratio, ibi idem jus. Personæ autem quæ accusari atq; ad eò inquisitionis subjectum passivum esse possunt, sunt tam mares, quàm fœminæ, tam impubes, quàm puberes. l. pupillum. 111. de Reg. Jur. tam liberi, quàm servi. l. hos accusare. 12. § omnibus ff. de accusation. paucis ob certam qualitatem exceptis; veluti ob dignitatem, officium, reverentiam, effectum pœnæ frustratorium, defectum mentis, & accusationem ante sustentam, de quibus videatur Magnif. Dn. Ordinar. D. Petr. Theodor. in Colleg. crim. disp. 4. §. 5. Wesenb. in parat. d. t. de accusat. n. 10.

VIII.

PORRò videndum est, quomodo ritè ac legitimè specialis inquisitio sit formanda. (a) Ac quidem 1. requiritur, ut capiatur, & carceretur reus, (b) 2. Ut super facto & delicto formentur articuli inquisitorii, (c) super quibus inquisitus examinetur, (d) 3. Ut inquisiti responsio, (e) præsentibus Judice & Scabinis à Notario fideliter & diligenter annotetur, (f) 4. Negante reo delictum, (g) ut iudex testes convocet, qui testimonium juratò perhibere tenentur. (h) 5. Ut inquisitum ad deductionem innocentia admittat. (i) 6. Ut inquisiti responsionem & attestata testium (k) judicialiter consignata, unà cum omnibus actis inquisitionalibus in rotulet, & Collegio Jctorū transmittat, eorūq; sententiam imploret, (l) 7. eamq; subsecutam tandè exequatur. (m)

(a.) Quænam in specie sint requisita legitimæ inquisitionis nullibi in jure exprimitur. Dn. Carpz. in pract. crim. p. 3. q. 107. n. 68. Sed quomodo in fore nostro sit instituta-

Reuenda, praxis docet, & imprimis monstrat *Ordinat. Elect. Saxon. Appellat. edit. Mens. Octob. Ao. 1605. & Ordin. Polit. sub tit. Bon Justitien Sachen. n. 5. vers. solches alles in actione verfasst etc.*

(b.) Nam inquisitio specialis formari non potest, nisi aduersus Reum praesentem, quod testatur *Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. q. 11. n. 1.* inquit: De jure regulariter non proceditur via inquisitionis, nisi contra praesentem, si verò reus sit absens, non potest inquiri. Ita notatur per omnes. *inc. qualiter & quando. X. de accusation.* Sed certe ut ut hæc ita sint de jure, de consuetudine tamen non observantur, sed semper fit inquisitio de delicto, siue inquisitus sit praesens, siue absens, & siue per contumaciam se absentaverit, siue non. *Jul. Clar. d. loc.* Secus autem adhuc res se habet in fore Saxonico, ubi etiamnum hodiè inquisitionis processus tantummodò locum habet, quando Reus praesens est, & poena executioni mandari potest: cujus rei hanc assignant rationem, quia contra absentem deveniri nequit ad sententiam definitivam, siue condemnationem. *l. absentem. §. aduersus contumaciam. ubi gl. & Dd. ff. de poenis. l. absentem. C. de accusation. l. 1. ff. de requir. reis. Jul. Clar. lib. 5. §. ult. q. 44. n. 1.* Quod si Reus fugitivus sit aut latet, nulla alia est poena contumaciæ, quam ut agatur ad Bannum, siue proscriptionem, qualis actio non nisi in processu Ordinario ventilari solet. *Dn. Carpzov. in pract. crim. p. 3. q. 107. n. 63.* Non in commodè hic quaeritur; Si Reus carceri sit inclusus an fidejussoribus constitutis relaxari debeat? In hac quaestione ita distinguendū est; Aut poena certa & ordinaria est pecuniaria, & omnino admittitur fidejussor; aut est extraordinaria & arbitraria vel quomodocūq; corporalis; & hic porro aut quaeritur, de fidejussore dādo pro ipsā poenā principali, quæ in condemnationem venit, & ita de judicato solvendo; aut de fidejussore de judicio sistendo, ne reus in carcerem detrudatur. In illis terminis non admittitur fidejussor, quia nemo est membrorum tuorum dominus. *l. 13. ff. ad Leg. Aquil.*

B

Hic



Hic autem, an de iudicio sistendo fidejussor admittendus:
sit, magistratus officio relinquendum esse dicit. *Bachov.*
ad Tr. vol. 2. disp. 28. §. 3. lit. a. Cæterum de iure Saxonico,
quãdo Reus in flagranti crimine deprehenditur, tunc sim-
pliciter in carceratur, nec sub fidejussoribus relaxatur *per*
text. Land R. lib. 1. art. 66. in pr. & Land R. lib. 2. art. 9. sub fin.
Et quod dicitur de eo, qui comprehenditur in ipso deli-
cto, idem etiam intelligendum est de eo, qui capitur in fu-
ga, dum eum lictores persequuntur. *per text. Land R. lib. 2.*
art. 35. Sed & is quoq; in cujus manibus gladius, aut arma
reperiuntur, in flagranti crimine, seu manuali delicto
comprehensus intelligitur, *per text. Weichb. art. 113. in med.*
ibi. die handhaffte That ist auch dis/da man Schwerdt oder
Waffen in eines Hand begreiffet / vnd ihn gefangen für Ge-
richt bringet ic. Ad eò autem comprehensi in flagranti cri-
mine non relaxantur, datis fidejussoribus, ut etiam sta-
tim condemnentur, & puniantur, *annuent. text. Land R.*
lib. 1. art. 55. vers. begiebt sich aber eine handhaffte That etc.
junct. vers. vnd die sollen die That eilend richtē: glos. Land R.
lib. 2. art. 35. sup. verb. die handhaffte That. post pr. ubi dicit:
Wer in handhaffter That eingezogen wird / den vrtheilet
man all/uhand / cum similibus. Atq; hinc tradit *Zobel. p. 4.*
differ. 19. n. 7. & in addit. latin. ad d. art. 66. lit. 6. circa fin. &
d. art. 55. se vidisse hoc ita observari, ac utrumq; tam oc-
cisum, quã homicidam uno tumulo sepeliri. Quod
verum est, nisi deprehensus allegaverit exceptionem de-
fensionis necessariæ, quæ homicidæ, vel alii delinquenti
præcidenda non est. *per L. ut vim. 3. ff. de justit. & jur. Coler.*
de process. execut. p. 2. c. 3. n. 87. ubi id ita practicari ait. Quod
si verò Reus in flagranti crimine auff handhafftiger That /
aut in fuga non deprehenditur, aut etiam capitur, sed ejus
accusatio usq; ad sequentem diem differtur; Also das die
Klage vbernächtrig worden: Judex tenetur captivum rela-
xare sub fidejussoribus, per text. Land R. lib. 2. art. 9. junct.
ibi glos. ordin. super verb. wenn die Klage in pr. Sed id ipsum
hodie ferè est arbitrarium, & iudici pro qualitate delicti
&

Et circumstantiarum aliud disponere licet, & non attenditur, quamvis reus in manuali facto deprehensus sit. *Matth. Coler. de process. execut. p. 2. c. 3. n. 88.* Quæ ita sufficiant de quaestione, an Reus carceratus sub fidei iuramentis relaxari debeat? Nunc sequitur, ut dispiciamus, quibus in delictis Reus, si nondum sint carcerati, sed latent, & in fuga perseverent, saluus conductus specialis concedi debeat? Iudicis quidem officii est, omnibus modis laborare & officiales literis patentibus incarcerationis, mit offe- nen sicut Brieffen/ablegare, quò delinquentes capiantur, & per modum inquisitionis summarie adversus eos procedatur, illiq; poenâ afficiantur; At si deprehendi nequeunt, saluus illis conductus denegari non debet, etiam in atrocioribus delictis; quod ita in judiciis practicatur, *arrest. Dn. Carpzov. in pract. crim. p. 3. q. 112. n. 34. 35.* Et licet etiam Reus delictum fateatur, attamen legitimâ exceptione utatur, veluti, si dicat, se occidisse aliquem ad sui defensionem, saluus conductus ei prodesse debet, tam diu, donec super exceptione pronuncietur. *Johann. Zanger. in tract. de Exception. p. 2. c. 5. n. 15.*

(c.) Licet de jure Saxon, libellus articulatus non sit admittendus, etiam in criminalibus, parte quoq; non impugnante. *Constit. Elect. Saxon. p. 1. Constit. 2. Berlich. Concl. n. 2. p. 1. n. 3.* Nequaquam tamen hoc ipsum ad inquisitionis processum est extendendum, in quo interrogationem per positiones & articulos necessariò fieri debere, satis patet *ex Ordin. polit. Elect. Saxon. de Ao. 1612. tit. Von Justicien Sachen/ n. 5.* in verbis: *Vnd wenn darauff redliche Anzeigen/ vnd Vermuthungen vorhanden/ solches alles in articul verfasst/ dem inquisito in beysein der Gericht Personen vorhalten/ seine Aussage mit vleiß auffzeichnen etc.* Isti verò articuli in se delicti qualitates & circumstantias, quæ ad veritatis indagati- onem & probationem ejus facere videntur, continere debent, ne Reo defensio adimatur sed salva & integra reser- vetur. Hinc igitur dubitandum non est, quin etiam



loci & temporis, quibus delictum perpetratum fuerit, tanquam præcipuarum circumstantiarum ratio haberi debeat. Pro qua assentione est etiam *text. in l. libellorum. 3. ff. de accusation. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 31. d. 2. lit. e & f.*

(d.) Finis enim inquisitionis est indagatio veritatis, & coercitio criminis; Quare iudex in huiusmodi examinibus faciendis, recto tramite procedere debet ad finem veritatis indagandæ, non autem ut reum involvat, & captiosè inducat innocentem ad delictum confitendum. *Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 45. n. 11.* Ubi non in commodè quæritur; An advocati ipsorum reorum examini debeant interesse? Affirmatur ex *L. custodias. 12. ff. de publico. judic.* quamvis usus & Curiarum stylus observet contrarium. *Jul. Clar. d. loc. n. 12.*

(e.) Simplex & nuda responsio inquisiti requisita est, non jurata. *Jul. Clar. §. ult. q. 45. n. 9.*

(f.) *Dn. Carpzov. in pract. crim. p. 3. q. 113. n. 39. Ambros. in process. informat. lib. 2. c. 6. n. 4. & patet ex Ordin. Crim. Carol. 5. art. 46. cum quo convenit Ordin. Polit. Elector. de Ao. 1612. tit. Von Justitiën Sachen n. 5. ibidem inquisito in beysein der Gerichtes Personen vorhalten seine Aussage mit vleiß auffzeichnen etc.*

(g.) Reo enim confitente delictum, nullæ aliæ sunt iudicis partes, nisi in condemnando. *Jul. Clar. §. fin. q. 65. n. 7.*

(h.) Probatio in criminalibus fit per testes regulariter, non verò per instrumenta: Sic enim Divus Hadrianus Junio Rufino Proconsuli Macedoniæ rescripsit; testibus se non testimoniis crediturum. Verba epistolæ hæc sunt: Quod crimina objecerit apud me Alexander Apro, & quia non probabat, nec testes producebat, sed testimoniis uti volebat, quibus apud me locus non est: Nam ipsos interrogare soleo. *l. 3. §. 3. ff. de testib.* Ex quo colligitur satis perspicuè, quod probatio in criminalibus causis regulariter fiat nō per instrumenta, sed

sed per testes; & ratio reddi potest, quia in iis probatio
luce meridiana clarior esse debet. *l. absentem. 5. ff. de pœ-*
nis. Mynsing. Cent. obs. 33. Andr. Geil. 1. observ. 108. n. 13. Sed
ulterius quæritur, an ad probationem delicti semper re-
quirantur duo testes? Regulariter de jure Civili duo
testes faciunt plenam probationem. *l. ubi numerus. 12. ff.*
de testib. cap. licet universis. 23. X. de testib. & attestat. quod
& in causis criminalibus ita obrinet. Jul. Clar. sentent. 5.
S. ult. q. 66. vers. testes etiam &c. Et quamvis de jure Sa-
xonico hinc in causis septem testes ad plenam probati-
onem requirantur. *text. in Land R. lib. 1. art. 8. in pr.* Hodie
tamen numerus iste non est necessarius; sufficit enim
duos habere testes. *Chilian. König in pract. cap. 80. rubr.*
Von der Zahl der Zeugen. Zobel. p. 1. differ. 38.

(i.) Remedium enim deducendæ defensionis
cuius reo patet, & hoc nemini denegandum est, adeo ut
ne bestiis quidem, nedum homini, imò nec diabolo au-
ferri debeat. *l. ut vim. 3. ff. de justit. & jur. l. 1. §. cum arietes.*
ff. si quadrup. pauper. feciss. dicat. Et licet inquisitus defensio-
nem non postulet, attamen ob favorem defensionis requi-
ritur, ut iudex ipsemet ex officio illam supplere, & quo-
quo modo adjuvare debeat. *l. si non defenduntur. 19. ubi*
Bart. ff. de penis. l. 1. ff. de question. Matth. Wesenbec. in par. ff.
de accusat. n. 12.

(k) Videlicet eorum, qui producuntur tam contra
inquisitum, quam pro inquisito ad defensionem ipsius,
quod videre est *ex ordin. Elector. Saxon. in verb. Ihre aussa-*
ge in ordentliche Registratur gebracht &c.

(l.) Hac de re manifesta extat sanctio in *Ordin. crim.*
Carol. art. ult. in verb. Wo aber die Obrigkeit &c. Item qd
exprimitur in *Ordin. Polit. Saxon. de Anno 1612. tit. von Jus-*
titen Sachen. n. 5. ibi: Und so dann ferner rechtlich er-
kenntniß erwartet werde &c. & in fin. dict. §. so wohl auch fol-
gends sich in den Schöppenstühlen des Rechts zu beternem
schuldig seyn &c.

(m.) De executione pœnæ dicetur *infra th. ult.*

Sententia verò plerumq; solet continere; (a) In-
quisitum vel juramento se purgare debere, (b)
vel torturæ subiiciendum, (c) vel ad certam poenam
condemnandum, (d) vel etiam absolvendū esse. (e)

(a.) Nisi quæstio moveatur de incidente aliquo
articulo.

(b.) Necessarius est hujus juramenti usus, cum vel
delictum, cujus Reus aliquis arguitur, non meretur pœ-
nam corporis afflictivam, & proinde etiam ob indicia
gravissima ad torturam procedi non potest, aut in gravio-
ribus delictis indicia ad torturam sufficientia non extant;
ubi pro eruenda veritate Reo juramentū purgationis im-
ponitur. *Heig. p. 1. q. 4. n. 32. Carpz. in pract. crim. p. 3. q. 116. n. 61.*

(c.) In defectu quidē probationum ad tormenta perve-
nire licitum est. *l. 8. ff. de quæst. W. esenb. in par. ibidem n. 6. attamen absq; indicia sufficientib9 ad torturā deveniendū haut est. l. maritus. 20. l. quæst. habenda. 21. l. fin. ff. de quæstion. l. sicut. 17. in fin. C. ad L. Cornel. de falsil. 3. in pr. C. de quæstion. Ordin. crim. Carol. art. 6. 7. 8. 18. 21. 22. & 23. Sed quæ nam indicia in delictis legitima sunt & sufficientia ad infligen-
dam torturam? Arbitrio judicis relinquendum hoc esse, existimo cum *Bart. in l. fin. n. 5. ff. de quæstion. Jul. Clar. 5. sen-
tent. §. fin. q. 20. Ordin. crim. Carol. art. 18. 24. & 27.**

(d.) De pœnis dicetur *infra* h. 11.

(e.) Nam si innocentia plenè sit probata, dubi-
tandum non est, quin reus ab omni profus pœnâ debeat
absolvi. *Andr. Geil. lib. 2. de pac. publ. c. 7. n. 12. Item si nulla indicia, aut non verisimilia contra reum pugnent, potius is absolvendus, quàm juramento gravandus est. c. ex tuarum. 8. c. ult. X. depurgat. Canon. l. presenti. 6. §. sed si hac 4. vers. sic ubi deposita. C. de his qui ad Eccles. confug. Johan. Schneidew. ad §. 11. n. 31. 32. Instit. de action. Petr. Heig. p. 1. q. 40. n. 34.*

X.

Reus præstito juramento definitivè absolvendus
est, non tantum quoad ipsam causam, & actio-
nem

nem principalem, sed etiam quoad expensas & alia
accidentia; (a) Quòd si verò Reus jurare detrectet,
pro confesso haberi debet. (b)

(a.) Effectus purgationis est, quòd reus, qui iura-
vit, definitivè absolvi debeat, non obstantibus præsump-
tionibus contrariis, non tantùm quoad ipsam causam,
& actionem principalem, sed etiam quoad expensas &
alia accidentia. *Petr Heig. p. 1. q. 40. n. 38. Geil. lib. 2. de pat.
publ. c. 7. n. 12. Berlich. Concl. 52. p. 1. n. 50.*

(b.) *l. 2. §. sin autem reus. 7. C. de jurejur. prop. ca-
lumn. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. q. 3. n. 4. Mynsing.
Cent 2. obs. 58. n. 1. & cent. 3. obs. 52. in med. vers. Caterum
in Causis purgationis &c. quod tamen in levioribus de-
lictis tantummodo procedere putat Dn. Carpzov. in pract.
crim. p. 3. q. 116. n. 81. 82.*

XI.

Reus tortus, si in negando perstiterit & criminis
indicia per torturam purgaverit, præstitâ Vr-
phedâ, (a) non modò à judicii observatione, sed &
definitivè prorsus absolvitur; (b) Si autem crimen
confitetur, (c) & illud in loco judicii ratificat, con-
demnatur. (d)

(a.) Genus quoddam cautionis est, quâ Reus,
qui carceribus relaxatur, jurat se non ulturum, quicquid
ibi passus est. *Dass er die Gefängnuß und Marter weber
mit Worten/oder Wercken, heimlich noch öffentlich in sei-
nerley Weise rechen/ oder anden wolle. Ordin. crim. Ca-
rol. art. 20 ubi Matthi Stephan. in not. n. 5. Wesenb. in par. C.
de sat. sdation. n. 6.*

(b.) *Magnif. Dn. Ordin. Petr. Theodor. in Colleg. crim.
diss. 9. d. 11. lit. d. Heint. Bocer. in tract. de tortur. & question.
c. 6. n. 4. Andr. Fachin. lib. 1. controu. c. 33. & lib. 9. c. 16.*

(c.) Hæc confessio veritati consentanea esse de-
bet; nam non sufficit, si reus fateatur se deliquisse. *Paris
de Put. in tract. de Synd. vers. cort. cap. 10. n. 7. Nisi etiam dicat,
quale:*



quale delictum perpetraverit, indicando simul omnes qualitates & circumstantias criminis, & reverà quoq; tale delictum factum sit, ac quidem eo in loco, in quo factum asseritur, omnesq; ac singulæ circumstantiæ manifestatæ convenient cum factâ confessione. *Dn. Carpzo. in pract. crim. p. 3. q. 126. n. 14.*

(d.) Quâprimû Reus à quæstionû dolorib9 geverit viresq; nonnihil recuperaverit, è carcere & latebris in locum liberiorè educi & in judicio sisti debet, ut confessionē in tortura factâ ratificet. *L. 2. ubi Salycet. C. de custod. reor. Hippolyt. de Marsil. in pract. crim. §. quoniam. n. 1. Johann Zanger. in tract. de quæstion. & tort. c. 5. n. 73. Heinr. Bocer. in tract. de quæstion. & tort. c. 5. n. 36. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. q. 94. n. 40. Ordin. crim. Carol. art. 56. §. der Befangene etc. Quò pertinet quæstio; num Reus confessionem revocans absq; aliis novis indiciis torqueri queat? Licet quæstio nunquam sit repetenda absq; novis indiciis, quæ à prioribus suo genere distant. *l. unius. 18. §. 1. ff. de quæstion. Matth. Stephan. in not. ad art. 58. n. 5. König in process. c. von der scharffen Frage. n. 20.* attamen eo in casu quæstio repeti potest, cum priora indicia per torturam non sunt purgata; quod communiter à Dd. probatur, & in praxi observatur. *Ordin. crim. Carol. art. 57. ubi Matth. Steph. in not. Johann. Zanger. in tract. de quæstion. & tort. c. 5. n. 28. Dn. Carpz. in pr. crim. p. 3. q. 126. n. 38. 39. & seq.**

XII.

Pœnæ autem, ad quas Rei condemnantur, quædam sunt vel capitales, vel non capitales. (a) Capitales dicuntur, quæ caput tollunt, seu quæ vitæ, libertatis, aut civitatis inportant amissionem: (b) Non Capitales, quæ non ad capitis periculum, sed existimationis jacturam tendunt. (c)

(a.) Variæ in facinorosos proditæ sunt pœnæ, quarum multæ ab Interpp. traditæ differentiæ, quas omnes & singulas referre instituti nostri non est. Generaliter pœnæ dividun-

videntur in capitales & non capitales. *l. publicorum. 2. ff. de public. judic. §. publicorum. 2. Instit. eod. tit. l. rei capitalis. 2. l. §. quis. 6. §. ult. l. capitalium. 28. in pr. & §. Cetera. 1. ff. de pœnis. l. licet. 103. ff. de verb. signific. Johann Harppr. in §. 2. n. 3. Inst. de publ. judic. Herm. Vult. lib. 1. jurispr. Rom. cap. 54. Wesenb. in par. ff. de pœnis n. 2. Treutl. disp. 3. vol. 2. §. 1. tit. 6. Ali- ter quoq; dividuntur pœnæ in criminales, & civiles. Quæ differentia in foro Saxonico frequentem habet usum, de quâ videatur *Dn. Carpzov. in pract. crim. p. 3. q. 102. n. 19. 20. & seq.**

(b.) Caput aliud est naturale, aliud civile. Na- turale est potissima corporis humani pars, sine quâ vita hominis non consistere nec esse potest, propter cerebri & cordis consentum. Civile, est status sive hominis con- ditio, consistens in libertate civitate, & familia. *l. fin. ff. de capit. min.* Unde pœna capitalis, alia est capitæ naturalis, quâ vi- ta naturalis delinquenti adimitur. *l. rei capitalis. 2. l. rele- gat. 4. l. 8. §. 1. ff. de pœnis. l. publicorum. 2. ff. de publ. judic.* alia civilis capitæ, quâ civis Romanus salvâ vitâ è numero ci- vium Romanorum tollitur, ademptâ illi civitate, quan- doq; etiam libertate. *l. licet. 103. ff. de verb. signific. d. l. rei ca- pitalis. 2. l. capitalium. 28. in pr. ff. de pœnis. Magnif. Dn. Ordinar. Petr. Theodor. in Colleg. crim. d. disp. 10. §. 2. lit. b.* Sed in foro Saxon. nulla pœna capitalis videtur dicenda, nisi quæ am- putato capite, aut aliter vitam delinquentis aufert. *Marth. Wesenb. in par. ff. de quest. n. 5. vers. præsertim jure Saxon. Dan. Moller. ad Const. Elector. 1. n. 15. p. 4. Schultz. in Synops. Instit. de publ. judic. lit. 6.*

(c.) Cujusmodi sunt multa pecuniaria, infamia. *§. publicorum. Instit. de public. judic. l. capitalium. 28. §. 1. ff. de pœnis. l. 1. & tot. tit. ff. de his qui not. infam. l. 1. & tot. tit. C. ex quib. caus. infam. irrogat.* Item relegatio, vel ad tempus, vel in perpetuum. *l. relegati. 4. l. relegatus. 14. in pr. & §. ma- gna. 1. ff. de interd. & relegat. d. l. capitalium. 28. §. 11. ff. de pœ- nis. quia libertatem & civitatem non tollit. d. l. relegati. 4. d. l. relegatus. 14. §. magna. 11. ff. de interd. & relegat.*

XIII. Re-



Reliquum est, ut dicamus de poenarum executione, (a) quæ regulariter non differri, (b) sed ritè (c) statim ad effectum perducì debet.

(a.) Illa est actus extremus processus criminalis. *Damhoud. in prax. Ter. crim. c. 152. in pr.*

(b.) Quod quidem regulariter procedit, sed plures casus accidere, variorumq; factorum qualitates, personarum conditiones, aliæq; circumstantiæ & causæ occurrere possunt, quæ accelerationem poenæ multum impediunt, etiam si reus ad mortem jam condemnatus fuerit. *Magnif. Dn. Ordin. Petr. Theodor. in Colleg. crim. disp. 10. §. 5. lit. f. Dn. Carpzov. in pract. crim. p. 3. q. 137. n. 12. & seqq.* qui recensent nonnullos casus, in quibus executio differenda est. Et licet etiam aliàs de jure post latam sententiam criminalè expectari debeat decursus decendii, quod datur ad appellandum: attamen ex consuetudine hodiernâ regulariter in processu inquisitorio appellare nō licet. *Ordin. Cam. Imper. p. 2. tit. 28. §.* Nach dem auch dem alten hergebrachten Gebrauch etc. *Dan. Moller. lib. 4. semestr. c. 33. n. 4. §.* Cùm iudices, quando de crimine constat, debeant esse proni ad puniendum, non ad eò attentis juris solennitatibus, tùm quod favor publicæ disciplinæ suadeat, ut maleficia citò puniantur. *l. ita vulneratus si §. estimatio. ff. ad L. Aquil.* tùm ne evadendi & supplicandi detur occasio, & ne carceribus poena compensetur. *l. 18. l. 23. C. de penis.*

(c.) Rectè dicitur ritè: Nam antequam poena mortis puniendus, ad locum supplicii ducitur, in iudicio criminali modo solenni constituto, in conspectu populi publicè sistitur, Wird für das gehegte hoch noch peinliche Halsgericht gesühret/ atq; deinceps recitatur sententia. Quo facto, reus accusatus ad requisitionem iudicis respondere tenetur, ac si affirmativè responderit, & crimen confessus fuerit, iudex baculum, quem ex more gestat, frangit & executionem Carnifici mandat, ut ille omni studio poenæ desti-

destinatum pro merito afficiat supplicio. *Ordin. crim. Carol. art. 96. sub. rub.* Wenn der Richter seinen Stab zubrechen mag. Quod si carnifex minus rite executionem peregerit, quaeritur non immerito, An ille etiam poenam mereatur? Etsi à Carol. V. sancitum in *Ordin. crim. art. 97. verb.* Den Nachrichter keine ver hinderung zuehun / auch ob ihm mislungen / nicht Dand anzulegen. Neutiquam tamen exinde sequitur, carnificem ab omni poena immunem esse; siquidem & culpam & imperitiam poena merito expectat. *S. 3. 6. 7. 8. Instit. de lege Aquil.* Et hæc, pro institutione ratione, ex latissimo Processu inquisitorii campo breviter delibata sufficiant.

COROLLARIA.

AN creatus à Comite Palatino Notarius, nullis adhibitis testibus, Notariatus officio rectè fungatur? Dubitet qui velit; ego non item.


2. An in distributione collectarum, à modo semel convento, nec nò à superiore dudum approbato atq; præscripto, proprio ausu recedere, & novum e contra introducere fas sit? Fas non esse, omnino existimaverim; cum Superioritatis hoc sit, mutare catastrum, & citra fidei fractionem fieri nequeat, contra proprium venire placitum. Urges, iniquum prorsus atq; injustum videri, catastro hodie præcisè in hære, eo quòd moderno belli tempore immobilium in eo maximè descriptorum exiguus sit usus atq; proventus, ædes devestentur, deprecientur, agriq; cultura in totum ferè impediatur? Respondeo, verum hoc quidem esse, quòd bona tempore varientur atq; ædè & æstima, ut plurimum hodiè, ad æqualitatem reducenda sint; major quippe in collecta imponenda haberi debet respectus ad fructus & redditus,

D 2.

quàm

quàm ad rem ipsam: attamen non idè inferiori cui-
vis magistratui hancce reductionem rectè concesseris.
Quid verò si superioris consensus tempore belli impetrari
nequeat, & tamen subindè novæ & extraordinariæ col-
lectæ solvendæ sint? Suasor essem, ut subditorum ma-
jore parte approbante, à Catastri descriptione nonnihil
recedatur, illudq; ad æquitatis normam reducat. Ger-
tè & æquius & consultius hoc esset, quàm arbitriam
collectarum impositarum distributionem, discretionis
(ut hodiè loquuntur) obtentu, instituere. Siquidem ma-
gna in discretionem ejusmodi cadit suspicio, hodie ma-
ximè, ubi justitia non ubi vis semper ex æquo omnibus ad-
ministratur, sed plurimum privatis affectibus, consanguini-
tati, affinitati, vel etiam odio & partialitati tribuitur.
Accedit, quòd non ita facilè alterius facultates explora-
tas habere quis possit. Sanè si homines sæpe, etiam de suis
propriis bonis amplius sperant, quàm in ipsis est. §. 3. *Inst.*
quib. ex caus. manum. non lic. multò magis falli poterit
alienum, qui non ita accuratè, ac proprium inspexit mar-
supium. Econtrà ex libro æstimi facilè licet cognoscere, an
inæqualitatem contineat, & in eo plus gravatus sit unus,
quàm alter. *l. qui gravatos. §. C. de censib. Geil. de arrest. c. 9. n. 20.*
ac si vitiosus deprehendatur, meritò reformari atq; ad
æqualitatè reduci poterit. *l. 4. §. 1. ff. de censib. l. 1. C. eodem* In
quo etiam libro omnia lucra, mercatorum imprimis, ar-
tificum item & opificum describenda, inq; æstimationem
deducenda sunt. *Roland. à Vall. consil. 66. n. 23. lib. 1. Tusch.*
pract. concl. 449. verbo collectæ. n. 2.

SOLI DEO GLORIA.



ULB Halle
005 132 630

3



VDA7








DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
PROCESSU
INQUISITORIO,

7639, 6
10

Quam
Divino Favente Numine
Magnifico & Amplissimo Jctorum, in in-
clytà Salanà, Ordine permittente,
SUB PRÆSIDIO
VIRI
Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi ac Excellentissimi,
Dn. ZACHARIAE Prueschencken/
Jcti Eximii, Consilarii Saxonici gravissimi, Pan-
dectarum Professoris meritissimi, Curia item Pro-
vincialis & Scabinatus Assessoris dignissimi, Præcepto-
ris ac Patroni sui omni observantiæ genere
ætatem venerandi,
Pro summis DOCTVRÆ Honoribus, Insignibus &
Privilegiis in utroq; jure ritè solemniterq;
impetrandis,
Publicæ Eruditorum velitationi committet
DANIEL PÖHLER Cygneus,
Ad diem 24. Julii.
Terent. in Prolog. Evnuch.
Nullum est jam dictum, quod non dictum sit prius.

JENÆ,
LITERIS LOBENSTEINIANIS,
ANNO M. DC. XXXIX,



10.

